



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,  
tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

De dolore venialium quoad frequentiam, §. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

§. III.

*De dolore venialium quoad  
frequentiam.*

10 **S**ufficit etiam ad Confessionem sacramentalem venialium dolor de multitudine, & frequentia eorum, propositumque illam frequentiam, multitudinemque vitandi. *a* Potest enim dari pro materia Sacramenti aliqua partialis malitia, qualis est multitudo ipsa, & frequentia, seu, ut clarius loquar, peccata venialia ut frequentia sunt, non autem ut seorsim sumpta: v. g. si homo soleat multum excedere comedendo intemperanter intra terminos veniales; satis esset si doleret de illo excessu, illumque confiteretur, etiam si ei deficeret voluntas, & propositum observandi perfectè regulas temperantiae: ita etiam si fate-

*a DeLug.  
de pœnit.  
d. 14 sec. 9  
n. 133.*

B 3      retur,

Ds

retur, doleretque de frequentia mendaciorum, quamvis careret dolore de vitandis aliquibus, sed solum corrigerem vellit vitam suam vitando frequentiam il-

Iam. Ratio autem est eadem, quam supra acculumus: quia scilicet hoc iam est habere voluntatem diminuendi peccatum veniale, que est sufficiens dispositio.

*§. IV.**De revocatione doloris venialeum.*

**XI** Errum est dolorem de mortali revocari vel per actum contrarium, vel per novum lapsum in quodcunque mortale: quia sic jam homo avertitur à Deo. Vnde eum, qui doluit de mortalibus, & ante absolutionem irerum peccat mortaliter; non esse per illum dolorem